



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 166. Idem a Clemente VII. Papa Beatorum fastis adscriptus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. sanctitas ejus comprobata est. Ad mor-
A. C. 1455. tis suæ nuntium tanta fidelium ex omni
 Natione confluentium frequentia adfuit,
 ut publicæ venerationi corpus ejus per ali-
 quot dies exponere, necesse fuerit: Cum
 vero de sacri cadaveris sepultura contende-
 rent Canonici Ecclesiæ Patriarchalis cum
 Monachis S. Georgii, apud quos sepultu-
 ram elegerat, durante hac lite, corpus ejus
 in Ecclesiæ sacrario solidos sexaginta se-
 ptem dies expositum mansit, nullum tamen
 corruptionis vestigium per tantum tem-
 poris intervallum apparuit. Canonici
 pro se allegabant sacros Canones, quibus
 statuitur, ut Prælati in propriis sepelian-
 tur Ecclesiis, Religiosi econtra S. Georgii
 opponerent ultimam sancti Viri volun-
 tatem, quam sancte servandam aiebant.
 Vicerunt Canonici, & sacrum Corpus in
 Ecclesia Patriarchali die decima sexta
 Martii sepulturæ traditum est.

*Baillet. vit.
 sanct. ad
 5. Sept.*

§. CLXVI.

*Justinianus a Clemente VII. Beato-
 rum fastis adscriptus.*

Officiis, ac exequiarum honoribus de-
 bite persolutis sepulcrum ejus non
 minus, quam diuturna corporis ejus ex-
 positio miraculis gloriosa existit. Six-
 tus IV. Papa acta de illo in Beatorum
 numerum referendo instrui, eaque Leo X,
 &

& Adrianus VI. continuari jusserunt, tan- Sæcul. XV.
 demque Clemens VII illum anno mil- A.C. 1455.
 lesimo quingentesimo vigesimo quar-
 to, edito Decreto, Beatis adnumera-
 vit, atque in cunctis Venetæ Reipu-
 blicæ Ecclesiis festivo ritu ac publico
 officio ejus memoriam colendam instituit;
 opportuniori autem tempore eundem
 Sanctorum quoque albo adscribere cogi-
 tavit. Verum res usque ad annum mil-
 lesimum sexcentessimum nonagesimum
 protracta est, quo Papa Alexander VIII.
 eundem in Sanctorum numerum repo-
 suit. Festa illius dies quinta Septembris
 in Breviario Romano sub ritu festi *semi-*
duplicis celebratur. Conscriptit plures
 asceticos libellos, ex quibus uberiores so-
 lidæ virtutis fructus, quam scientiæ ac-
 quisitæ specimina colligere fas est, cum
 longe majores progressus in Spiritus San-
 cti schola, quam in literatorum Athenæis
 fecisse. Ejus vitam a Bernardo Justi-
 niano illius Nepote conscriptam Surius
 refert.

§. CLXVII.

*Actum cum Imperatore de bello
 Turcico.*

Bello adversus Turcas in Francofordien-
 sibus comitiis jam jam decreto, nil *Æn. Sylv.*
 aliud superesse videbatur, quam ut op- *comm. Pii II*
l. 1.

E e 5 portunis